Funus obit et virgo quotiens in busta refertur,
unum iter est mortis, criminis obsequium.
Dalmatiae meritis victae natura rebellis,
degeneri caelum nobilitate tenet.
hoc satis est mundum calcasse in corpore mundi,
de vitio sumptam cedere nil vitiis.
Stemmatis haec lucem transcendit sole pudoris,
mens cum proposito consociata fuit.

ENNODIUS AVIENO.

Par erat magnitudinem vestram ingenii sui opulentiam, dum sancti
patris sectatur instituta, depromere, et multo adquisitam
sudore doctrinam pro diligentiae testimonio ventilare. Gemina
vobis contingerit et ante facta concinnatione laudatio quando prae
cente susceptorum devotione fertur in medium palma sermonis.
res quae nobis amorem vestrum reserat vos extollit uno eodemque usu
floris pompa multiplicaretur. Et fidei in apice constituti illam sub
iectis adfectionem putantur inpendere quam locuntur. haec mi do
mine ille occupatissimus pater et inhumana locatus arce custodit.
Nam contemptum manifestat qui in otio degens verba non retribuit.
legisse meminimus sermonis avari nullus honor. nunc ergo servitus sa
lutationis exhibitus indico me valere. super est ut suggestione mea elicita
gaudeat ubertate conloquii.

ENNODIUS MESSALAE.

Post unam epistolam quam videtur crebris scriptionibus emisisti
in continua taciturnitate perduras et credo necessitate non stu
dio servas filosofiam nil dicendi. Non respicientes veteris eloque
rentur melius in praesentia nil locutus et illam silentii curam nu
tricem fuisse sermonis. tu videris mihi disciplinas atticas inmu
ta fideliter parte sectari. Nolens silentio adquisita vulgare
ostende post oris ferias quae tibi per arduum callem divitiae co
mearunt destinasti mihi dictiones tuas in quibus et si non fuit
optanda sublimitas non tamen deprehensa est quae sorderet
abiectio. egi deo gratias quia iam te devinculo in quo neglegen

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0354